s& qua aduersum gloriam tam eminentis uiri. haec inpudens
auderet cognoscere. Nisi primum ipse dn̄s lucis ac noctis con
ditor accederet. quia pro fet sol iustitiae cognominatus
est mundum inlustraret, qui pro carnalibus carnalis factus ē
& mortalis pro mortalibus quasi mortalis uisus est; ut possit prīā
inmortalitatem mortem deuincere, propter quod clamant supnæ
potestates; ubi est mors aculeus tuus. ubi est mors contentio tua. hæc
dicentes contestantur xpm̄ mortem deuicisse; ut & nos qui mortui
iamdudum tenebamur. exemplo ipsius dignationis inmortalitate
caperemus; Si tamen omissa tenebrarum opera uiam lucis sequamur,
Ipse enim est lux nostra & uera lux. qui ueniens in hunc mundum in
luminauit corda nostra; Cuius aduentum siue passionē. non tantū
moyses uel prophetæ adnuntiarunt. quantum uero conceptionis
& natiuitatis tempus ostenderunt; propter quod ipse dn̄s iudaeis
dicebat. Scrutamini scripturas. In quibus putatis uos uitam æternā
possidere. ipsę sunt quę testimonium phibent de me; quibus rursum di
cebat; Ypocritę faciem caeli & terrę nostis probare. quare tempus hoc
non probastis. erat ergo & temporis probatio. si eum uellent cognosce
re; qui non tantum ut diximus aduentum ostenderet. quantum con
ceptionis & natiuitatis tempus declarar&; Si fidem certam moysi &
prophetis habuissent. quod nec tantum modo ipsius dn̄i & saluatoris
conceptio uel natiuitas carnalis ostenderetur; quantum & iohan
nis baptistę praecursoris eius; de quo scriptum est. ecce mitto ange
lum meum ante faciem tuam qui præparauit uiam tuam ante te;
Qui ueniens docebat parate uiam dn̄i. rectas facite semitas dī nostri;
Qui & iterum adnuntiabat dicens; qui post me uenit maior me est.
Cuius non sum dignus soluere corrigiā calciamentorum eius; hic
est enim iohannes qui uenit ut testimonium diceret ueritati; sicut
& xps dn̄s dicit, uos misistis ad iohannem & testimonium dixit ueri
tati; Cuius natiuitatem magnificans ds ipse ait; Non est in natis

k

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK HEIDELBERG
Bodleian Libraries UNIVERSITY OF OXFORD
HESSEN Staatliche Schlösser und Gärten Hessen
Organisation der Vereinten Nationen für Bildung, Wissenschaft, Kultur und Kommunikation
Kloster Lorsch Welterbestätte seit 1991
© Bodleian Libraries
http://bibliotheca-laureshamensis-digital.de/view/bodleian_mslaudmisc452/0160